



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Vicarius Cardinalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

sine speciali mandato dispensare in casibus, in quibus dispensat Episcopus. Et denique Capitulum restringere posse jurisdictionem Vicarii, quando-
cunque sibi liberis. Merol to 3. di p. 7. dub. 25. à num. 252. part 6. tractat. 7. ref. 41.

Nec à Capitulo revocari possit absque iusta causa?

8 Verum, Capitulum secundum Zipæum lib. 3 tit. Ne sede vacante, nu. 4. non potest ad libitum, & absque iusta causa Vicarium revocare. Et sic aiunt, rescriptisse sacram Congregationem; quia revocare aliquem ab officio, maxima pœna est, l. 2. de officio procur. Sed affirmativam sententiam tenet Azorius tom. 2 lib. 3 cap. 38. quest. 18. & Galletus M. G. v. Vicarius num. 3. restatur, ita declarasse sacram Congregationem. Sed in hoc casu teneretur Capitulum Vicarium intra octo dies instituere, alias jus instituendi devolveretur ad Metropolitanum, vel si ipsum sit Metropolitanus, ad Episcopum antiquiorem, part. 3 t. 6 ref. 27.

naturalem, potest secundum Peyrinum in priv. t. 1. cons. 4. Sixti V. § 6 num. 16. concedere facultatem absolvendi reservatam: quia est absolutor Superior, ac proinde habere debet omnia necessaria ad administrationem, & sic potestatem spiritualem. Neque enim diu Religiosus in malo statu detinendus est. Sed hæc opinio non procedit, si superior eodem die sit reversurus, & si subditus de industria Confessionem sine causa distulisset ad illum diem, vel denique in ea Religione, ubi contrarium statutum sit. p. 3 t. 1. ref. 28.

11 Potest etiam ipse Vicarius in tali casu Confessarium extra Religionem eligere, ex privilegio cap. ne pro dilatione, ut dictum est V. Prælati. Minimè vero superiore præsentia, nam tunc non potest verè dici Prælatum exemptus. Contra Pasqualigum decisi. 103. num. 2. Immo Bordonus ref. 349. 30. nec absente superiore, tali privilegio frui eum posse permittit p. 6 t. 8. ref. 15.

Et Confessarium extra Religionem eligere.

VICARIUS
Cardinalis.

Quid de Vicario Cardinalis,

9 S I Cardinalis suo Vicario generali dederit facultatem conferendi beneficia, hic potest secundum Germanium de Indulgen. § Tibi n. 85. illa conferre extra diœcesim. Sed Massobrius praxi 26. dub. 5. nu. 6 id verum putat, si Cardinalis reperitur in Curia Romana, aut absit à Curia & diœcesi cum licentia Papæ, minimè verò si absit sine licentia: quia tunc ipse Cardinalis conferre non posset, & nemo dat quod non habet Canon. Diabertum l. 97. facit c. nemo 79. de reg. iur. in 6 p. 5. t. 2 r. 43.

VICARIUS
& Conventus.

QUANDO NAM Vica-

10 V icarius domus Religiosæ, absente superiore per unum diem

VIDUA.

1† V idua dicitur non solum, quæ nupta esse desit, sed etiam vidua quæ numquam nupta fuit, vel maritum habet inhabilem, ita damnatum ad perpetuum carcerem. Et sic Baldus C. ad l. fla. de pla. per quam no. tenet, privilegio viduæ gaudere inutiliter nuptam. p. 11 t. 3 r. 8.

2 Inter alia viduæ privilegia illud est, quod potest convenire laicum coram iudice Ecclesiastico, quod etiam habet pupillus, orphanus, & omnes personæ miserabiles, ex c. super quibusdam de verb. signif. Cenedus qq. can. q. 14 n. 4. & alii. sed hoc conceditur viduæ & pupillo pauperibus, non autem divitibus p. 4 t. 1. ref. 90.

Et quæ habeat privilegia.

3 An ex Monialibus vidua eligi possit in Abbatissam, vide V. Abbatissa
4 An viduæ licitum sit delectari de copula matrimoniali præterita, Vide V. Delectatio morosa, n. 8.